



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis  
Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Ex Decretal. tit. de praesumpt. c. 14. Litteras vestras.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

vel vehementi, aut aliquam penam pecuniaria: quamquam haec fieri non debant nisi cum magna consideratione, & quando iudicia non credunt sufficienter purgata, haec ibi. Quod mibi iuslissimum uideatur, & obseruandum penitus in praxi, quoties et casus occurreret, qui sapissime occurrere solet, atque hoc etiam sensisse uidetur Eymericus si diligenter inspicuerat 3. p. in 3. modo processum fidei terminandi, nu. 137.

f. Præcipias insuper ei districte, ut in prædicta,  
Quando in. & alijs villis.) Hunc locum pulchre interpretatur  
iungendū reo Zächinus de baveticis c. 20. nu. 2. ver. item si talis.  
ut publice si. Repertorium verbo, pænitentia. vers. item si male.  
dem laudet, & similis omnino pænitentia iungitur per Ioan-  
 errores dñe. nem XXII. in extraug. Vas electionis. de bæret.  
stetut. in fine relata in hac 2. parte.

*Est autem hæc penitentia valde cōueniens: nam medicina debet esse morbo contraria. itaque si de fide verbis aut factis male senserat, inbendus est eā publice laudare, & p̄dicare, & contrarios errores disfiteri: sed hæc p̄nitentia doctis, noui imperitis imponenda est.*

**Qualis sit p[un]gatio.** Quod si forsitan in purgatione defecerit? Sed nam deficitis quae est pena deficientis in purgatione? vide Hostit[us] in purgaciōe. scim in Sum. tit. de purg. cano. S. que sit p[un]a nu. 7.

*Umbertum verbo purgatio.nu. 9. 10. & 11. Reperi torium verbo, deficiens. Simancam de Catho. instit. tit. 56. nu. 13. & seq. & Archidiaconū in c. accusa tus. §. 1. de here.lib. 6. quorū communis regula est, quod sicut puniretur reus de crīmīne, de quo impēte batur, si conceretur, cōsiderato modo agēd, sic pa nietur si in purgatione deficiat. causam erudit elegāt̄. Archi. pr. exposito loco: dūmodo intelligamus mi tius agendū esse, si agatur per viā inquisitionis, quā si ageretur per modū accusationis, ut tradit̄ And. Tiraq. trac. de p̄n. tēper. aut remittēdis causa 53.*

Deficiens in purgatione Receptum tamen est, deficientem in purgatione  
haberet pro purgatione pro coniuncto, & in causa nostra pro consumato here-  
tico habendum esse. c. de hoc, & cap. insinuat, de

*simonia, ubi communiter Dol. Panormitanus, & alij communiter hic Bernardus in Lucerna, verbo, purgatio, n. 7. & cum in tribunali inquisitionis receptum nunc sit, ut fiscalis semper accuset, consequi tur planes, ut papa ordinaria reus in purgatione de ficiens puniri debeat, itaque & curie seculari relin qui poterit ultimo plectendus suppicio.*

Sed quid si pœnitentia & misericordiam imploret  
Deficiens in erit ne audiendus? & verius, et receptius est, ut au-  
purgatione si pœnitentia diatur & admittatur ad Ecclesiæ gremiu: sicut n.  
recipienda. is qui vere coniunctus vel confessus est, si admitti ha-

multus postules, non traditur curia seculari, multo minus is tradi debet, qui per probationem solum pre sumptuam qualis est purgatio, consuetus est et hac sententiam sequitur hic Panormitanus, & Hostilius, & ceteri communiter. Vmberius in opere iudiciali, verbo, purgatio. num. 16. ver. nota etiam. Sismancas de catho. in lit. tit. §. 6. n. 16. idem in ency radio, tit. 54. nu. 1. 4. eleganter, & copiose Bernardus in Lucerna, verbo purgatio. §. 9.

Deficiens in purgatione q̄ alias incidit in heresim, eu-  
terum animaduertendū est, quod si deficiens in  
purgatione alias incidisset in heresim, nunc ex defi-  
cacia in purgatione tanquam consilītus, & rela-  
plus curia seculari penitus tradidus esset: ita praci-  
tradendus.

A tati: unde amplius consequitur, ut periculum proximo relatum evitetur, non esse facile purgationem canonica per Inquisitores reis indicandam: est enim fragilis, fallax, & incerta ab aliorum opinione, & uolutate pedeat. Itaq; in Hispanis quadam constitutiōne Madriliana anni Domini 1561. cap. 47. bis ferme verbis salubriter cautum est: Ob malitiam humanam purgatio canonica periculissimum est remedium, his praeferim temporibus: ideoq; non multum est in vlo, quare illo vltendū raro, & cum magna cautela. Mea hac est sententia, tu-tius & salubrius esse ad alias pñas arbitrarias, aliaque remedia consurgere. Cetera huc spectatia, & in primis quea pertinent ad ritum purgationis, dicā cū Eym. 3. p. in 2. modo processum fidei terminādi. B Sane in purgationibus faciendis.) Hęc verba, quæ sequuntur usque in finem huius capitatis, desumpta sunt ex c. constitutus, §. sane. de purga. cano. habentur in tribus Codicibus Barcinonens. impresso, Bononiens. & Codice Cardinalis de Gabara: absunt tamen a Sabellano. Restituta sunt autē suæ integratæ ex dicto c. constitutus. §. sane. Eymericū uero ideo retul., ut hinc colligeremus, quales esse debent compurgatores: de quo diximus paulo antea, versi. Obseruandum hic est.

Ex Decret. tit. de pr̄sumpt.

*Innocentius III. Niuernen. Episcopo, &  
Archidiacono Bituricen.*

*Propter presumptionem etiam vehementem, non debet quis de graui crimine condemnari.*

C. A. P. XIII.

**B**ITTERAS a vestras accepimus, cōtinētes, quod cum causa, qua uertitur inter Altissimorum Episcopum, & quos dam Burgenses de Charitate, quos idem Episcopus de heresi imperebat, vobis & Abbatii Collon. a Sede A postolica delegata fuisset, vtraque pars vos duos sub certa persona sibi arbitros statuerunt, delegata vobis potestate nihilominus referuata. G. autem lator præsentium unus ex illis, ha- resim suam fuerat publica voce confessus, & de fratre suo similiter recognouerat, quod eodem secum laborabat errore: & infra. Nos vero pre dictum G. suspectum de heresi vehementer ha buimus: tum quia quod ante dixerat, postea se di xisse negauit; tum: quia vel mendacium prius di xit in fratrem, asserendo illum hereticum, vel perirurum postea commisit in Deum, purgando illum de heresi: quorum vtrumque reddit illum valde suspectum: quamquam verisimilius videatur, quod eo tempore, quo tanquam vere penitens ab heresi reuertebatur a fide, tam graue mendacium non dixisset, præsertim in fratrem, quem tanquam charissimum non asseruisse ha reticū, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxe; vnde presumitur, quod cū postea purgauit illū

Inquisitorum cum Commentarijs. 117

de hæresi turpiter deiecerunt. Quocirca mādamus  
quatenus cum propter solam lūspicioneū (quā-  
uis vehementer) nolumus illum de tam graui  
crimine condemnari, talem et tantam securitatē  
recipiatis ab ipso, præter iuratoriam cautionem,  
quod timore pœnæ corporalis debeat coerceri,  
discretam ei penitentiam iniungentes, ex qua va-  
leat apparere, vtrū in tenebris ambulet, an in lu-  
ce: d' verum ve sit vere penitens, an fiktè conuer-  
sus: & si eum hoc modo verum catholicū cognoscere  
ueritis, non finatis ipsum indebet molestatu: alio  
quin eum tanquam hæreticum condemnnetis.

COMMENT. XV.

*Ex lib. pra<sup>a</sup> Literas veitras. Hoc rescripto aperte refellit  
sumptibus.  
neuadumini-  
bus. sufficere ad condemnandum leuiores probationes: quo-  
niam ob graue delictum non debet quisquam puniri  
pena ordinaria, etiam ob rehementes pr<sup>a</sup>sumptio-  
nes, vt hic. Tradunt Innocentius in c. quia verissimi-  
le, de pr<sup>a</sup>sum. Butrius, Cardinalis. & alij, in c. affer-  
te, eo. tit. Palacius Rubius in allegatione de haeresi.  
§. 11. Ioannes Imola in Clemen. 1. de heret. Peru-  
sinus in ca. accusatus. de haereticis lib. 6. Oldradus  
cons. 210. incipien. regularis habet traditio. Frac-  
cens Squillaeensis tract. de fide catbo. c. 13. nu. 3. co-  
piose Iohannes Rojas singula. 165. Simancas de catbo.  
institu. tit. 5. 1. nu. 11. & alij, quos omitti consulto:  
quam sententiam probat apertissime hoc rescriptu-  
m: Quocirca mandamus.*

Et enim b. Et de fratre suo similiter recognouerat. (Dubi  
heretici con-  
stitutio Panormitanus hoc loco nu. 1. an hinc colligatur  
fratrem posse pro fratre, & contra fratrem dicere te-  
stimonium. Quæ difficultas tametsi in alijs delictis  
locum habere possit, in heresis crimen dubium non  
est, fratrem posse testificari contra fratrem, in dese-  
ctum tamen aliarum probationum. Specul. tit. de te-  
stam. §. de testium compulsione. versi. sed nunquid  
frater, tradit pulchre Hieronymus Gigas tract. de  
crimine lese maiest. lib. 2. in p. quomodo & p. quos.  
q. 9. immo & contra patrem, quem si esse hereticum  
nouerit, denuntiare, immo et accusare Inquisitorib.  
debet. Alexander Halensis p. 3. pracepto 4. q. 3. Ca-  
rietanus in Deutero c. 1. 3. Paladius Rubius in repeti-  
tione c. per vestras. de donatio. inter virum, & vero  
rem. §. 17. nu. 6. & §. 26. notabili 2. post principiū,  
ver. plus est. Alfonso Castrus lib. 2. c. vltimo, de  
iusta hereticorum punitione. Narratur in c. inter ver-  
ba laudantium. 11. q. 3. Joannes Rojas singulari ampliatione 6. nu. 29. et 30. et hec sententia verior,  
& tunc est; quia potius Deo quam parentibus obe-  
diendum est c. relatum. de senten. excommu. & cap.  
quisquis metu. 11. q. 3. nam si licet patrem oppugna-  
rem patriæ impiane interfiscere, l. minime ff. de reli-  
gio. & sumpi. fune. multo magis eundem fidei catholici  
reū licet denuntiare. Reuerendiss. Simacas in li-  
bello de patre heretico contrarium afferunt. cuius famē  
iam patrem tia nullo modo putarem in tā graui criminē fidēdu.  
hacennet, nul-  
lam patrem  
as panis in  
ceterorum si  
os iure la  
famili.

A maiest. quod & verum est, & in praxis seruandum, quoties is casus occurreret, ne vlo modo tantum scelus ex defectu denuntiationis remaneat impunitum. tradit ceteris copiosius Alfonsum Castrum lib. 2. ca. 26. de iusta haeret. puni. et nominatim definitius Federicus Romanorum imperator, in l. commiss. nobis cœlitus, ubi post latas paenas in hereticos, eorumque cœplices, & filios, subdit: Nec quidem a misericordia finibus duximus excludendū, vt si qui paternæ haeresis nō sequaces, latentē patrū perfidiā reuelauerint, quacūq; reatus illorū animaduersione plectātur, prædicta punitioni nō subiaceat innocentia filiorum. Hec ibi. Has autē Federici leges multi Pontifices cōprobārū, vi suo loco diximus.

B multi Pontifices cōprobarūt, ut suo loco diximus.  
 c Quanquam verisimilius videatur, ) Sed cui di  
 Etō stabilitur, primo, vel secūdo? et breuiter rispondeo,  
 speciale esse in crīme heres̄is, ut posteriori, non  
 priori dicto fides adhibeatur, cap. accusatus, §. liceat,  
 de heret.lib.tradit Eym.3.p.q.65.vbi dixi Conar.  
 lib.2.c.13.nu.9.var.resol.Ioā.Roias singul.194.  
 & 206. & alijs quos citauit apud Eymericum pre-  
 fato loco, ibi videns.

Ex qua valeat apparere, ut in tenebris am  
 bulet, et in luce.) Id est, ut cognoscatur an sit ure  
 vel si est conuersus; quod ex sequentibus signis appa  
 rebit, si paratus est securitatem, & cautionem digna  
 præstare: si iniuncta penitentia humiliter recipiat,  
 receptamque patienter & vere adimpleat; quod si  
 haec desint, aut ex his alterum, non confutare vere pe  
 nitens, & conuersus. ita Ioh. And. Hostien. & Pa  
 normitanus hic, quos ceteri sequuntur.

**Ex Decretalibus tit. de penis.**

Honorius III. Preposito, Archidiacono,  
& H. Canonico Suezion.

D *Domino excommunicato manente, subditis fidei  
litatem non debent, & si longo tempore in ea persisterit,  
& monitus non paruerit Ecclesie, ab eius debito  
absoluuntur.*

C A P X I I I .

**R**AVEM capituli Laud. receperimus que-  
stionem, quod cum Comes Registren.  
pro multis iniurijs, quas irrogarat eisdē  
per iudices a Sede Apostolica delegatos excom-  
municationis vinculo fuerit innodatus; idem per  
duos annos,<sup>2</sup> & amplius in excommunicatione  
persistens, iuri parere pertinaciter renuit; claves  
ecclesiæ contempnendo. Liceat igitur hunc modi  
pertinacia non careat scrupulo hæreticæ prauita-  
tis: volentes tamen nobilitati parcere Comitis su-  
pradietb: Dilcretioni uestræ mandamus, quatenus si Comes prædictus post commonitionem  
vestram nō paruerit plenè iuri, vos Ecclesiæ in  
quibus aliquod ius habere dignoscitur, ab eius  
debito absoluenter, fideles ipsius (quamdiu in ex-  
communicatione persistenter) ab eius fidelitatis iu-  
ramento denuntiatis penitus absolutos.

H 3 COM-